Hi verſuſ alquini ſuper Cantica Canticorum.
Hunc cecinit ſalomon mira dulcedine librum.
Qui tenet egregias ſponſi ſponſeq; camenas.
Eccleſie et xpiſti laudes hinc inde canente.
Et thalami memorat ſocios ſociaſq; fideles.
Non carni has iuueniſ ſ; menti aptare memento.
Cantica ſunt nimium falſi hec meliora maroniſ.
Hec t̄ uera canunt uite precepta perhennis.
Auribꝫ ille tuiſ male friuola falſa ſonabit.
Incipit expoſitio alcuini ſup ſyſatim .i. cantica
Oſculetur me oſculo canticorum.
oris ſui. Tangat me dulcedine p̄ſentis
ſue: quam ſepius a ꝓphetis ꝓmiſſā audiui.
Quia meliora ſunt ubera tua uino: dul
cedo enī̄ euangelice doctrine. auſteritate legiſ meliora.
Flagrantia ungentis optimis: donis uidelicet ſpc ſci.
Oleum effuſum nom̄ tuum. Xpiſtuſ a criſmate .i. ab
unctione unctus. qđ nom̄ in cunctos cum ſci ſpc grā
in baptiſmate funditur fideles. Ideo adoleſcentule
dilexerunt te: ſal' electe anime grā baptiſmatiſ reno
uate. Trahe me poſt te: curremus in odore unguen
torum tuorum. ut te aſcendentem in celum ſequamur.
Introduxit me in cellaria. fide ſcilicet in gaudia patrie
celeſtis intima. Exultabimuſ et letabimur in te: memo
res uberum tuorum ſup uinum: in te non in nobiſ memo
res p omnia fidei gratia ſup legiſ doctrina. Recti di
ligunt te. Nullus te diligit iniuſtus. et nullus rectus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.2, 6v – Aelredus Rievallensis, Compendium speculi caritatis; Alcuinus, Compendium in cantica canticorum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-it7i/5150/49291)